

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

Valiero, Agostino

Coloniae, 1582

De tribus alijs parùm vsitatis expositionum generibus, elementario,
physico, atqu[ue] propheticō. Cap. LV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](#)

ficus orator versabitur. Ipse memini, egregiū quendam concionatore, cùm Iosephi historiam narraret, & ostendere niteretur, illum fuisse typum Christi, lachrymas audentium excusisse. Poterunt clerici colligere, & commendare memoriae illustriores typos, eosq; in suis sermonibus inserere: hortarer tamen, vt omnes eodem die non commemoraret: eam enim commemorationem, satietatem peperisse, viri iudicio præstantes obseruārunt. In solennitatibus fortassè aptissimè possunt accommodari. Sunt qui conciones suas exordiuntur ab aliquo typo, quem, vt monuimus, alio nomine possumus appellare figuram veteris testamenti; quam consuetudinem quis ausit vituperare? Varietati consulendum ducimus, vt libentius auditores accedant: & cauendum, nè in explicatione figurarum, tantum temporis consumatur, vt ad instituendam vitam, & ad corrigendos mores, debitæ cohortationes adhiberi non possint.

De tribus alijs parùm vfitatis expositionum generibus, elementario, physico, atq; prophetico.

Cap. LV.

SVNT alia expositionum genera parùm vfitata, elementarium, physicum, atq; propheticum. Cauendum Ecclesiastico oratori esse existimo, nè in cœtu hominum, longas disputationes de numeris, & elementorum significationibus instituat. res enim plena est obscuritatis, infrustruosa, & à communi usu loquendi abhorrens. res etiam diuinas ac salutares ad ordinem cælorum, atque ad corpora naturalia, sive ad metallæ referre, est hominis abutentis ingenio & philosophiae cognitione, & salutem anima-

animarum minimè cogitantis. Prophetam verò profiteri,
& munus, quod Dei proprium est, prædicendi ea, quæ fu-
tura sunt, assumere, inutile, temerariū, atq; etiam perि-
culosum est oratori Ecclesiastico. Quid de Hierony. Sa-
uonarola, qui in hoc exponēdi genere auorum nostrorum
memoria, versatus est, pŷ & docti viri senserint, non est
necessè scribere : hac in re, virum illum alioqui doctum,
minimè esse imitatione dignum ausim affirmare.

De varijs historici sensūs partibus.

Cap. LVI.

DE FINIVIMVS quatuor sensus sacrarum li-
terarum, de varijs literalis expositionis partibus
dicamus. Ratio, quæ historicam intelligētiā docet, mul-
tas partes complectitur; quarum prima viam aperit ad
inuestigandos tropos, phrases, proprietates, locutiones,
figuras, & huiusmodi, quibus diuinæ literæ maximè ab-
undant, quæ in re cupimus clericos ab adolescentia dili-
gentiam ponere. alia docet particulares descriptiones as-
tabulas p̄ oīunciarū, regnorū, marium, montium, flu-
uiorum, syluarum, vrbium, oppidorum, aliorumq; loco-
rum, de quibus in sacris literis fit mētio. quæ in re caueat
Ecclesiasticus orator, nè nimius sit, & plerung; sine ullo
fructu ostentet memoriam. Non ignobilis etiam pars hi-
storicæ expositionis est ea, quæ ad tollenda quædam obscu-
ra, orta ex varia dierum, mēsium, annorum ratione, ex-
plicat omnes series, successiones, et dinumerationes tem-
porum, seculorum, annorum, olympiadum, hebdomada-
rum, et atum, & generationum, quæ in diuina scriptura
continentur : in quo, modis est adhibendus, nè res indu-
bitatas